pulsus. Fecit Imperator, quod ab Ejus Majestate expetebat, expectabat, & prope extorquebat totus Christianus orbis.

Ceterum esse & hoc monumentum *Petro de Alliaco Cardinali* acceptum ferendum, etsi in Codice MSCto nomen desit, multa sunt quæ nuncient. Præterquam enim, quod ipse Cardinalis in ipsius Concilii Constantiensis celebritate publice monuerit, se de Reformatione Ecclesiæ plura jam scripsisse, quæ in tenebris hactenus delituerunt: Genius & stylus totius hujus libri hunc Cardinalem arguit.

Dein eadem sunt momenta hic tractata, quæ supra brevibus notaverat.

Posthæc in laudato MSCto illa immediate huic operi subnectuntur, quæ extra dubium à nostro *Petro de Alliaco* profecta, alibi ab eodem exposita, ex aliis quippe ejus orationibus excerpta.

Quod si lectoris sagacitas alium indagaverit autorem, grato agnoscemus animo. Hoc etiam benignus & æqvus lector nostro dabit studio, quod titulum libri leviter illustrare contenderimus. In Codice enim MSCto VINDOBONENSI hæc habetur inscriptio pro illius seculi stylo: *Avisamenta pulcherrima de Unione & Reformatione membrorum & capitis fienda.*

In *Capita* ac *membra* distinguere, nostriq; seculi palato delicatiori externam formam operis accommodare oportuit, textu ipso religiosissime servato. Ne quid in tam vetustis libris recensendis vel fidei vel operæ vel ornatus desideraretur.

INDEX CAPITUM.

CAP. I.
DE corrupto Ecclesiæ statu circa tempora Concilii Constantiensis.
CAP. II. De tribus Pontificibus, Gregorio XII. Benedicto XIII. Johanne XXIII. in Concilio Constantiensi removendis, ac bono aliquo substituendo.
CAP. III. De Reservationibus Papalibus in Concilio Const. abolendis.
CAP. IV. Adstringendum esse novum Papam ad servanda Concilii Constantiensis decreta.
CAP. V. De regimine terrarum Papalium non per nepotes & consanguineos, sed alios deputatos tenendo.
CAP. VI. Reservationibus Papalibus subtrahi veris Ecclesiarum Patronis jus patronatus.
CAP. VII. Damna in Romanam curiam ex Reservationibus Bonifacii IX. illata.
CAP. VIII. De Simonia curiæ Ro.
CAP. IX. De multis aliis Reservationum Papalium damnis.
CAP. X. Origo Reservationum & incrementum.
CAP. XI. De officio Ordinariorum Collatorum.

CAP. XII. De Episcopis titularibus olim in Germania existentibus.
CAP. XIII. De Imperatore per Papam juvando.
CAP. XIV. De conversis Principibus Turcis ac paganis juramento obstringendis.
CAP. XV. De expeditione in Palestinam ad purgandam Italiam.
CAP. XVI. De frequentandis Conciliis Provincialibus in Germania.
CAP. XVII. De Episcopis Germanorum consecrandis.
CAP. XIIX. De Gratiis Expectativis Papalibus revocandis.
CAP. XIX. De Dispensationibus Papalibus circa officia sacra repudiandis.
CAP. XX. De alienationibus Ecclesiasticorum bonorum per Papam factis.
CAP. XXI. De commendis revocandis.
CAP. XXII. De Episcopis infirmis Coadjutore sublevandis.
CAP. XXIII. De tribus Pontificibus per Imperatorem sede movendis.
CAP. XXIV. De Reformatione Curiæ Ro. in Concilio Constantiensi.
CAP. XXV. De neglectis magnis Ecclesiæ universalis reformandæ promissis, in Concilio Pisano factis.
CAP. XXVI. De Johannis XXIII. nimia apud Parisienses benevolentiæ captatione.
CAP. XXVII. De callidis Johannis XXIII. artibus, sacrorum officiorum emtores emungendi.
CAP. XXVIII. Johannem XXIII. suis simoniacis artibus ansam dedisse Husso ad oppugnandum sedem Romanam.
CAP. XXIX. Hussiticam sectam sine Reformatione curiæ Ro. deleri non posse.
CAP. XXX. Impensissimum desiderium reformandæ curiæ Rom.

PETRI